

post illum actum factum, & consummatum, & sic re iam non integra, vt est videre per Mieres de maioratu 1. part. quest. 68. per totam, & quest. 36. à num. 1. cum sequentibus, & quest. 12. num. 8. Marefcotum variarum resolution. lib. 1. cap. 14. per totum, & lib. 2. cap. 44. per totum, Gratianum disceptat. cap. 36. per totum, Nicolaum Garciam de beneficiis 11. part. cap. 3. à num. 59. Riccium collect. 1479. part. 5. Alcanium Tamburin. de iure Abbat. 1. part. disputat. 15. quest. 13. num. 6. Gratian. disceptat. 219. num. 13. tom. 2. Spino de testament. glos. 29. à num. 9. & sequentibus, Gualis de effectibus Clericis. effect. 1. à num. 419. idem Marefcot. lib. 1. cap. 5. per totum, Ripoll. variar. resolut. cap. 7. de iure emphyteut. à num. 239. quos pro variis de hac re exemplis consulere poteris, quæ quidem rectè conducunt, vt hæc Regalia potestas, cognitio & decretum restrictum & limitatum dumtaxat ad impediendam executionem faciendam litterarum Apostolicarum, cesset iam ea peracta, & re non integra.

46 Tertio fulcitur hæc pars, quoniam si licet hoc salubre remedium retentionis sit inductum, & cognitio Senatus directæ, necnon leges Regni editæ ad suspendendam litterarum Apostolicarum executionem, prohibendo hoc sine multis penis illarum vsum, antequam in Senatu conspiciantur & examinentur, an contineant damnum publicæ utilitatis; tamen post executionem factam nihil disponunt circa eius repositionem, nec de eorum nullitate, & reuocatione tractant, quasi agnoscentes, & merito, ad id omnino potestate carere, ac ideo nec nos de tali repositione directè per Senatum faciendam animum commouere debemus, quia prohibitio ad id non extenditur.

Quia statutum quod prohibet acquisitionem, non prohibet acquisitionem & retentionem, vt rectè docuissè Abb. in cap. Iudei, num. 2. de Iudeis, refert & sequitur doctissimus & nostræ Iurisprudentiæ facillè Princeps Don Ioannes Baptista Valenguela Velasquez. Supremi Castellæ Senatus Senator dignissimus in consil. 4. num. 36. D. Ioann. à Solorzano de iure Indiarum lib. 3. cap. 1. n. 10. & est Alexand. doctrina in consil. 83. incipit. visa facti narratione, num. 4. lib. 2. vbi ait: quod statutum loquens contra ingredientem & possessionem, non habet locum in retinente. Idcirco facilius conceditur retinere, quam de nouo acquirere, l. Pare furioso, ff. de iis qui sunt sui, vel alieni. inr. Sardus decis. 40. num. 5. Menochius consil. 32. num. 37.

Ex quo principio descendit, vt facilius tolleretur ius quæsitum quam ad acquirendum, l. 2. ex his, l. pluribus, §. vltimo, ff. de verborum obligat. l. vt pomum, §. vltimo, ff. de seruitutibus, quemadmodum ex aduerso, facilius impeditur ius competiturum, quam extinguatur adquisitum, l. Papinianus, §. conditioni, & ibi glossa, ff. de inoffic. testament. Difficilius quæ impeditur introductio, quam productum in esse, dicit. l. Pare furioso, ff. de his qui sunt sui vel alieni. inr. Gratian. discept. tom. 5. cap. 965. num. 5. & alij supra citati.

52 Multa namque faciendæ & prohibentur, dum sunt in suo principio, quæ tamen facta tenent dict. l. Pare furioso, vbi latè Iason. ff. de his qui sunt sui, l. circa, ff. de inoffic. testament. l. 1. §. vltimum, ff. quando appellandum sit, cap. ad

Apostolicam 46. de regularib. cap. 1. de matrimonio contracto contra interdictionem Ecclesie, cap. fin. de diuortio, cap. rursus, qui Clerici vel vocantes, plures Doctores citat Augustinus Barbof. extor. mar. 94. à num. 30. vbi num. 32. cum Oldrado consil. 306. in fin. versio. Secunda ratio; quod is qui non potest dare de iure tertij, & non audiretur volens probare; si tamen iam probauit auditur, & cum Abbate consil. vltimo, num. 5. lib. 2. quod qui non tenetur respondere libello generali, si tamen illi respondeat, sibi præiudicat, & alia exempla adducit num. 32. & 33.

Quibus vitliter ad multa frequentia adde, quod probatio quæ non debuit admitti, admissa tamen valet, & probat, Nos de Regia protectione 3. part. cap. 18. num. 29. Et suum operatur effectum, & quando antea non fuerit impugnata per partem, Abb. in cap. 1. num. 8. de confirmation. vili, vel inuili, Rota per Fatina-cium decis. 191. num. 2. part. 3. Et post publicationem testes alij non sunt admittendi, nec producendi; si tamen post eam recipiantur, parte tunc non impugnanter, legitime probant admissi, vt cum Hostien. Aretin. Mariano, Socin. Felin. Paris. Imol. Crot. Anton. Gabriel. Alexand. dicit magis communem Fatinacium in tractatu de testibus, quest. 76. à num. 182. Et exceptio quæ non debet admitti, admissa tamen nocet, & operatur, vt post alios Nos de Regia protectione 3. part. cap. 12. num. 93. quibus ad idem adde Alexand. latè consil. 77. num. 13. Iass. in l. Pare furioso, num. 28. ff. de his qui sunt sui, Rotæ decisio per Fatinacium 191. num. 2. part. 3. Antonius Gabriel. lib. 5. commun. conclus. tit. de restitution. spoliator. conclus. 1. num. 5. 2. qui plures allegat Flamini. Carcarius decis. 115. num. 2. & 4. vbi intelligi statim, quando pars expressè consensisset, vel tacite non contradicendo, iuxta text. in cap. 1. de restitution. spoliat. & Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, versicul. Secundo quæro, ff. de acquir. possession. & in l. si quis à se fundum, C. ad leg. lul. de vi. Secus verò, quando pars contradicit ex Decio in consil. 84. column. penultim. versicul. Tertio & vltimo. Et ad multos ex his effectibus & alios quam plurimos videndos omnino Marius Giurba decis. 14. à num. 1. cum sequentibus; vbi plurimos Doctores & doctrinas ad prædicta congerit. Ergo dicta executio & Bullarum facta, antequam postuletur recursus iste, decreti Senatus virtute tangi nequit, cum prohibito, quæ tendit ad executionem faciendam, non se potest extendere ad iam factam, maximè contra naturam negotij & rei de qua geritur.

Quia licet impetrans sit prohibitus, & exclusus ab executione, & non tamen à retentione, illa iam facta, sicut per statutum exclusus ab agendo, seu excipiendo non prohibetur, nec excluditur à retinendo, Bald. in l. si traditio. 39. C. de allionib. empti, & Barziz decis. 108. num. 43. Alouerius consil. 39. num. 11. Peregrin. consil. 4. sub num. 16. volum. 2. communem contra Bartholum testatur Boerius decis. 43. num. 15. & 16. plurimos citat, & latè profertur Marius Giurba decis. 60. à num. 7. quorum omnium doctrinarum similitudo mirè punctum nostrum percutiunt.

Quartò, & pro hac eadem parte vitliter pugnat vera illa doctrina à nobis bene comprobata

61 in tractatu de Regia protectione 1. part. capitul. 1. à num. 300. & sequentibus. Quæ habet, quod licet in Senatu detur decretum vim fieri, & reponi, si ipse Iudex Ecclesiasticus, etiam tertie iustitione sit inobediens ad reponendum, nullatenus Senatus se intrumittit excedendo iustæ defensionis notos, vfitatos, & practicos terminos, sua propria autoritate reponendo, & deferendo; imò potius iudicem Ecclesiasticum à Regno, vt extraneum ob inobedientiam expellit, non tamen reponit ipse Senatus, quantumuis violentia maneat, pro vt ibidem videbis latius, & à num. 273. & sup. per multa fundamenta. Igitur Senatus decretum suum retentionis exequi non poterit, reponendo executionem factam litterarum sua propria autoritate.

Quod iterum fulcitur ex alia doctrina, quam veram si firmamus in eodem tractatu 1. part. capitul. 3. à num. 24. cum seqq. quo probauimus, quod si postquam quis de Iudice Ecclesiastico violentia sibi illata in Senatu conuocatur, ipse Iudex post gratiam, & violentiam illatam abijt, ita vt nullo modo compareat, vt reponere possit virtute decreti Regij, Senatus ipse sua propria autoritate, & immediatè non reponit violentiam, & executionem attentatam, quantumuis subsistat notoria, vt abundè ibidem fundatur. Et hoc ipsum teporè tenuisse Patrem Henriquez lib. 2. de Pontific. clauæ, cap. 15. §. 2. in hæc: Quod si merus executor non comparere postquam intimauit processum à Iudicibus Apostolicis fulminatam, nec apparet Bulla originalis, sed transumptum authenticum, non superest parti læsæ aut Iudicibus Regijs aliud remedium, quam prosequi litem coram Auditoribus Papæ, & curare, vt damnatus in absentia ob contumaciam denuò audiatur; hæc Henriquez, qui quidem rectè loquitur in proposito, & conducunt hæcenus dictis.

Quare nec per sequesterum regulariter potest fieri executio decreti, tùm quoniam non est vniuersalis prouidentia, nec per illud satisfit fini, & intentioni huius salubris, & liciti recursus, cum insuper titulus beneficii, & possessio maneat penes impetrantem virtute litterarum executioni datarum, vt infra num. 67. tùm etiam quia sequesterum non congruit omnibus litteris Apostolicis, quia multe sunt expeditæ super causis & negotiis in quibus non cadit actualis possessio, nec fructus; sed aliter tendunt in detrimentum Republicæ Ecclesiasticæ, spiritualis, aut temporalis contra æternæ concilia, ritus, & vltus valdè laudabiles legitime obseruatos in aliquibus Prouincijs, aut contra Regni, aut Regis præiulia, autoritatem, honorem, & præeminentiam iuxta leges Regias, in quibus quidem non potest cadere hæc forma & modus executionis. Atque tandem per illud non ex integro satisfit, nec consilium indemnitati vi oppressi, nec principali intentioni Senatus, eius decreto, & remedio retentionis.

65 Tùm etiam, quia regulariter & non est tutus modus ipse, nam sæpè Rota, licet approbaue- rit cognitionem violentiæ in Iudicibus secularibus ob defensionem naturalem, tamen expressè damnauit sequesterum, & ad manus Curie, rei reductionem, pro vt plures decisiones ad idem concessimus in tractatu de Regia protectio-

ne 1. part. capitul. 1. num. 221. quia tunc exceduntur limites potestatis, & defensionis naturalis, pro vt ibi videre poteris, nisi in casibus alijs à iure permissis, de quibus mox dicemus in declarationem Bullæ Cæne Domini à num. 68. & sequentibus.

Aduersus idem etiam sequesterum reclamant plures Doctores, & regulariter factum in beneficijs Ecclesiasticis per Curiam Regiam, vt latè Viuianus in tractatu de iure patronatus, lib. 11. cap. 12. per totum, & cap. 11. præcedenti; & in his etiam terminis Marius Antonius variarum resolut. lib. 3. cap. 9. & multa scribit contra huiusmodi sequesterum, Sarabia in tractatu de iurisdic-tion. adiutorum, quest. 30. num. 38. & num. 41 Ludouicus Gomezus, olim Rotæ Auditor. in regula de annali, quest. 26. multis Rotæ decisionibus comprobatur, sequesterum appositum per Iudices laicos non impedit pacificam possessionem, eò quod sit actus nullus ex defectu potestatis & iurisdictionis. Quæ tamen decisiones intelligendæ sunt, & reducendæ ad terminos, in quibus loquitur Bulla Cæne, in cuius dispositione fundatur, de quibus, & eiusdem intellectu statim agendum erit, ne Rotæ rigor indistinctè petranseat.

Sed adhuc respondetur, quod hæc doctrina nihil inuehit in sequesterum apponendum per Senatum pro tollenda violentia, & vitando scandalo, cum non sit legitima consequentia sequestrum appositum in beneficijs per Iudices laicos non priuati possessorem possessione ergo per eum apponi non potest, siquidem generalis regula sit, quod sequesterum iudiciale à quouis Iudice, quantumuis competente, appositum neminem possessione priuet, l. licet, §. rei deposita, ff. de positi, quam exornauimus cum multis Doctoribus in nostris commentarijs de Regia protectione, tom. 1. p. 2. cap. 16. à num. 34.

Et licet c. 17. Bullæ Cæne Domini, videatur & reclamare contra omnia sequestra fructuum, & prouentuum rerum ad Ecclesiasticas personas vt tales pertinentium in hæc: Quis iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personarum ratione Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum peruenientes usurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimum facultatem habentium expressè licentia sequestrantur, &c. Tamen non includit eas prohibito modos, & casus alijs à iure permissos, & approbatos.

Etenim hoc Bullæ Cæne cap. 17. nimis generaliter disponit, & propterea non comprehendit casus alijs specialiter à iure exceptos, & permissos, maximè Regibus, quibus alicuius specialis iuris, ex Regalia virtute competit, ad suas manus reducere fructus, seu bona Ecclesie vacantis pro custodia, & tuitione, ne dissipentur, de quo est textus expressus in cap. generali 3. de electione, lib. 6. cuius sunt verba: Generali constitutione sancimus, vniuerso, & singulo, (qui Regalia, custodiam, sine guardiam, aduocaciones, seu defensionis titulum in Ecclesijs, seu Monasterijs, seu quibuslibet alijs piti locis, de nouo usurpare conantes, bona Ecclesiarum, Monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare presument) quantumque dignitatis honore prafulgeant. Clericos etiam Ecclesiarum, Monachos Monasteriorum, & personas cæteras locorum

eorundem, qui hoc fieri procurant: eo ipso excommunicationis sententia decernimus subiacere. Illos vero, qui se (ut deberent) talia facientibus non opponunt: de presentibus Ecclesiarum seu locorum ipsorum, pro tempore, quo præsens sine debita contradictione permiserint: aliquid percipere districte inhibemus. Qui autem ab ipsarum Ecclesiarum ceterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine iura huiusmodi vindicant: ab illorum abusu sic prudenter abstinere, & suos ministros in eis sollicito faciant abstinere, quod ea, quæ non pertinent ad fructum, siue redditus provenientes vacationis tempore non usurpent: nec bona cetera, quorum se afferunt habere custodiam dilabi permittant, sed in bono statu conservent.

Ex quo text. duo deducuntur; alterum, quod Regalia custodia bonorum Ecclesiarum antiquis obseruata non comprehendatur in text. prohibitionis. Alterum, quod prohibetur noua usurpatio, & Regalia huiusmodi adquisitio, in cuius text. comprobationem plurimos Doctores, & doctrinam adduximus sup. cap. 1. à num. 17. cum sequentibus.

Quare hoc cap. 17. Bullæ, generaliter & indistinctè disponens, reducendum est ad terminos dicti cap. generalis, & iuxta eiusdem distinctionem intelligi, ut procedat in iure huiusmodi, & Regalia nouiter usurpata, cui rectè consonant verba dicti cap. 17. Bullæ; ibi: Ad personas Ecclesiasticas, &c. pertinentes usurpant. Et sic de presentibus, & noua acquisitione, seu usurpatione, à quo verba tota dispositio præcedens regulatur; quia qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, iuxta vulgare axioma, de qua sup. num. 54.

Et quia lex loquens distinctè, & cum aliqua qualitate, aut distinctione trahit ad se omnes alias in illo casu & proposito indistinctè & generaliter loquentes, Albericus de Rosa in l. si quis in principio testamenti, num. 2. in oppos. 2. ff. de legatis 1. quod Sozinus Iunior. in l. cum filio famul. vers. venio ad apparatus glossæ, num. 46. de leg. 1. putat esse notandum Cardin. Mantica. in tit. de contract. tom. 1. lib. 4. tit. 23. num. 11. Nos de Regia protectione 1. part. cap. 1. num. 68.

Et sic de similibus Regalis antiquitus pertinentibus Regi circa fructus beneficiorum, & de sequestratione eorum, & reductione ad manus suas ob scandalum vitandum, ut post magnam Doctorum ceteram diximus sup. à n. 20. & sequentibus, & aliis similibus casibus, in quibus ob eandem rationem & finem fructus beneficiorum, & occupari licet, de quibus videre est hoc cap. à num. 69. & sequentibus, & cap. 16. num. 87. & 88. & amplissimè in 2. part. cap. 24. à num. 41. cum multis sequentibus, vsque ad finem cap. Quoniam hæc, & alia similia privilegia, seu Regalia pertinentes ad Principes ex consuetudine immemoriali, aut privilegio, præseruata sunt à prohibitione Bullæ Cæne Domini, sicuti post innumeros Doctores, scripsimus supra hæc 1. part. cap. 2. sect. 5. per totam, à n. 172. & signanter à n. 191. cum multis sequentibus.

Quod vel fit in complementum decretorum violentiæ, & ad eam sedandam, cuius cognitio ad Regem pertinet, ut sæpè diximus, vel quia Ecclesiasticis non obtemperant, sed cum scandalo contemnunt literas Regis, de quo supra

cap. 1. §. unico, à num. 22. quoniam hic casus competunt Regi ultra ius etiam ex vetustissima consuetudine, non de nouo quæsitum, nec usurpata, qui reseruantur Principibus uti eorum Regaliæ in dict. cap. generali, & per consequens etiam in dict. cap. 17. Bullæ Cæne, cuius dispositio, & prohibitio generica trahenda est & regulanda per distinctionem, de generali.

Ex hac resolutione rectè & iuridicè fluunt 69 illi omnes casus specialiter decisi à legibus Regis 18. & 21. & l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilation. superius adductis, ad secundum argumentum contrarie partis à num. 21. & signanter disponentibus circa sequestratum appendendum in illis, & temporalitatem aliarum priuationem ob scandalum, & dampnum Reipublicæ. Qui quidem habent specialissimam rationem ultra eam, & alias generales supra scriptas, nam cum indultis Apostolicis, & immemoriali consuetudine sit prohibitus extraneus ab his Regnis, in illis obtinere beneficium, quia extranei penitus sunt inhabiles, & incapaces ad illa obtinenda, ut & ipsæ leges Regiæ probant, & Pater Henricus in summa, lib. 14. cap. 12. num. 6. sequitur nouissimè Diana in resolution. moral. tom. 1. tract. 3. de comitiis & parlamentis, resol. 6. post principium: Dicentes, quod in Hispania extraneus est incapax ad obtinendum beneficia, ita ut ipso facto amittat obtenta, ut & alij plurimi affirmant Doctores; & etiam in aliquibus diocesisibus adfuit beneficia patrimonialia, quæ aliis non dantur nisi originariis.

Et quia talia beneficia & patrimonialia, ac 70 intruspatronatus Regij & laicorum impetrantes, ipso facto sunt priuati naturalitate, & absque alia declaratione sunt effecti alienigenæ, & extranei horum Regnorum, atque etiam omnibus priuati temporalibus, & fructibus beneficiorum, pro ut latissimè ex legibus Regis, & aliis fundamentis probauimus infra hoc c. §. unico, à n. 90. cum multis sequentibus, idè subiciuntur pœnis, & incapacitati alienigenarum.

Et sicuti alij extranei ipso facto sunt incapaces, & inhabiles, & ut extranei habentur, & à Regnis & expelluntur, eorūque ob tam notorium scandalum, & inobedientiam sequestrantur temporalia, pro ut fructus ipsorum beneficiorum, dum ipsi illa tenent, etiam absentes à Regno, & expulsi, quousque desistentibus illis, alteris conferantur beneficia, iuxta quæ Nos de Regia protectione 1. part. cap. 2. à num. 273. cum sequentibus, & superius per plures numeros; de quo vterius magis in specie, inferius tractandum erit. Imò ob scandalum vitandum cogitur quis suo beneficio obtento iam cedere, uti copiosè diximus hac 1. part. capitul. 4. à num. 10. & sequentibus.

Et idem patiformiter intelligendum erit in beneficiis intruspatronatus laicorum impetratis in derogationem patronorum, ut nempè dispositio dict. §. Regia 21. lib. 1. Recopilation. (circa sequestrandos fructus beneficij patrimonialis impetrati contra indulta Apostolica, & in derogationem iuris filiorum patrimonialium) extendatur etiam ad dicta beneficia patronatus laici ex identitate, imò ex maioritate rationis, & ex maxima fraternitate, & similitudine, quæ inter vtraque hæc beneficia reperitur, quia vbi militat eadem ratio, idem ius statuendum ex vulgari axiomate, & de similibus ad similia legis dispositio

dispositio protrahitur, ex l. non possunt, cum duabus antecedentibus, ff. de legibus, pro ut latius comprobauimus inferius hoc cap. 10. §. unico, à num. 90. cum multis sequentibus vbi de hoc articulo tractamus.

Et ab specialitate hac harum legum validum deduces & argumentum in comprobationem nostræ opinionis, quoniam licet sequestratum fructuum & temporalitatum permilla sit in illis ob specialissimas rationes, quia vel à principio sunt alienigenæ, & incapaces, vel postmodum alienigenæ extranei, & inhabiles, seu incapaces, similiter tunc effecti ex prædictis legibus Regis, vel quia aliàs, adfit scandali timor, pro ut à num. 10. & à num. 64. tamen earum potestas ultra non progreditur ad repositionem executionis, imò manifestè inde supponunt, remanendam possessionem penes & impetrantem (saltem de facto, licet non de iure, obstante eius incapacitate ex prædictis ad text. cum materia in licet Episcopus de præbendis lib. 6.) cum ipso beneficii in casibus prædictis fructus tamquam temporalitates sequestrari iubeant. Et per consequens per Senatum illius repositio facienda non erit sui decreti retentionis virtute: cum per eandem legem Regias aliam ultra sequestratum, & alias penas in eisdem contentas contra excentes & intervenientes in harum literarum executione potestatem non recipiat, & sic intra eorum limites se continere licet.

Hac igitur secunda parte ut tutiori, magis 74 que probabilis (ut vidisti) repta, & non obstant in contrarium adducta fundamenta, quæ quidem licet de iure in sui dispositione vera sint, & procedant, ut licentia ad faciendum porrigatur ad iam facta, ea ratione fundantur, quia actus illi dependent à voluntate & potestate disponentis, quæ voluntas tacitè præsumitur, ut qui licentiam dedit ad faciendum, eodem modo censetur dare ad iam factum, pro ut probant iura & Doctores allegati in dict. fundamentis, & in individuo eandem rationem reddunt Doctores citati, & sequuti à Mieres de maioratu dicta 4. part. à n. 96. cum multis sequentibus, videndum etiam Narbona statim citandus.

Probatur etiam, quia verba futuri temporis 75 in actu dependente & à mera voluntate, & potestate, seu consensu illius, qui illa protulit, resoluntur in tempus præsens, & ad præsens trahuntur, gloss. in l. stipulationem §. §. stipular. in verbo, Davum. ff. de verborum obligat. Bald. in l. in vendendis 13. num. 14. col. 3. in fin. vers. Quinto quero, C. de contrahend. emption. Burfar. consil. 100. num. 9. lib. 1. latè Rota per Cartarium decis. 29. num. 9. Gratianus disceptation. forensib. tom. 1. cap. 11 §. à num. 20. Secus quando à disponentis voluntate, & consensu non pender actus, ut latè per eundem à num. 15. cum sequentibus.

Nam in iis, quæ pendet à mera & voluntate 76 alicuius gesta per eum magnam extensionem recipiunt, etiam ad ea quæ alias illegitima, & iniuria iudicarentur, plures singulares referunt doctrinam Mascard. de probat. conclus. 924. num. 9. & 10. & num. 16. cum sequentibus, vsque ad num. 10. inclusiuè.

At secus est, quando in concedente desuit 77 potestas, ut in nostro casu, & cum sit limitata, & redacta dumtaxat ad meros confines, & terminos impediendi executionem, & ad hunc

tantum finem inuentum est hoc salutarium remedium retentionis, quos quidem terminos transgredi nullo modo potest, cum vltra eandem cesset omnino potestas ex prædictis fundamentis huius secundæ partis, quia in omni actu humano duo præcisè requiruntur, potestas scilicet & voluntas, ius quibus & actus vllus 78 geri nequit, sed vitio nullitatis subicitur, vulgare Bald. cons. 326. Rex Romanorum, num. 2. lib. 1. per text. in l. 2. C. communia de leg. l. nolle de acquirend. hereditate, Hondedeus cons. 27. num. 6. lib. 1. Menochius cons. 108. num. 4. Scipion. Theodor. allegat. 30. num. 2. Anton. Guizarellus decis. Neapol. 36. num. 34. Surd. cons. 301. num. 29. lib. 3. Malcetar. lib. 1. resol. 38. num. 18. Alexand. Ambros. decis. Episcop. Perus. 23. num. 28. Monter. à Cuenca decis. Arago. 30. num. 1. Butgos de Paz in l. 3. Tauri §. part. num. 442.

Hoc probatur etiam ex doctrina Baldi in l. certum, col. 10. C. de testamento milit. docentis, quod permittens & aliquid de nouo facere; vi 79 detur confirmare iam factum, nisi alia ratio in contrarium suadeat, & notat Castrensis ibidem, & in l. conditio, §. si sic ff. de condit. & demonstrat. & alij plures Doctores citati per Narbonam in l. 10. gloss. 3. num. 24. & sequentibus, lib. 1. tit. 6. Recopilation. tom. 3. & cum nulla maior ratio dari possit, quam defectus potestatis in disponente; idè de alia curandum non est.

Et quia repugnat omnino natura negotij, in 80 quo hoc remedium & extraordinarium datum est ad impediendum ne fiat; quare trahi nequit ad iam factum, quia post factum confugij necesse est ad remedia ordinaria iuxta textum in dict. l. 1. §. 1. & l. de pupillo, §. nunciacionem, & in l. loci, ff. de noui operis nunciat. cum aliis adductis sup. ad secundum fundamentum huius 2. part. per tot. à num. 43. & seqq.

Pariformiter, & ad secundum & tertium argumentum & contrarie partis, de quibus à n. 15. & sequentibus, respondeatur, fatendo doctrinam tangentes sequestrati appositionem, in casibus scilicet, quibus congruit, quando iam literæ Apostolicæ executioni datæ sunt, iuxta quæ latius diximus ibidem, & à num. 64. cum multis sequentibus. Non tamen ex eo rectè sumitur argumentum ad actualem repositionem directè, & immediatè faciendam per Senatum (in qua consistit tota hæc nostra disceptatio) quam facere Senatum directè in executionem sui decreti validè, & probabiliter negamus, & iuste, ut arbitror, impugnamus ex defectu potestatis, quia non sunt adhibenda remedia, quibus exceditur modus defensionis, & moderatam inculpatæ tutelæ; quæ consistit in conseruatione reuerentiæ debite Sedi Apostolicæ, ut in cap. 2. supra diximus per Doctores ibidem à principio citatos, & faciunt ad propositum mirabilia verba text. in cap. de homine 7. de Baptismo, ibi: Cùm ergo falsa sunt abicienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora, &c. Potius enim relinquenda est violentia impunita, quam terminos legitime defensionis transgredi, ut satis probatum est in 4. fundamento huius secundæ partis à num. 61. cum seqq.

Mirabilis est etiam ad hoc & propositum do- 82 ctina Diui Ambrosij relata in cap. denique 14. §. 5. vbi sic dicit Pontifex: Denique si non potest subueniri alteri, nisi alter ledatur, commodius est, neutrum iniuri, quam granari alterum, &c. Quam

Handwritten scribbles at the bottom of the page.

Quam doctrinam exornat Ioannes Mariæ Novacius in voto 42. n. 4. & 5. & iterum in praxi electionis, & variationis fori, q. 7. num. 19. præcipue ad finem section. 3.

83 Nec etiam est curandum, quod aperitur via fraudibus, pro ut in d. 3. argum. Tunc quia eas citare directè potest vix Senatus ex limitata potestate; tunc etiam quia non procedit illa regula, quando principaliter non fiat, sed secundariò, & in potentiam consecutivam, ut limitat Augustin. Barbof. axiomat. 102. num. 4. maxime quia satis fraus impetrantis purgatur ex sequestro fructuum beneficii, quo remedio adhibito iam dici non potest, quod ex sua malicia & dolo fructum consequitur, ex abundè superius assertis.

84 Hanc tamen nostram opinionem quod limitabis, ut non procedat, quando pendente hoc recursum ad Regem, & dum in Senatu disceptatur super cognitione, & examine causæ legitimæ retentionis; pars vel originalium litterarum virtute, vel earum copia iterat, & tanta futuris audacia attrahatur, possessionem apprehendere, & illas exequi, quia tunc proculdubio poterit Senatus attentatum illud violentum repone, ne forte perveniat ad scandalum. Tunc quia sicut ipse iudex executor tenetur super sedere postquam rescriptis ad Papam, & tenetur spectare consultationis resolutionem, iuxta text. singularem in cap. mulem super eo. 2. q. 6. ibi: *Expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberem, iunctis tuis quæ sup. cap. 1. §. unico, & infra hoc cap. ad num. 93. cum sequentibus.* Ita patet postquam in Senatu afferuntur litteræ ad eundem effectum supplicandi, informandi, & referendi Pontificem Maximum, & interdum quod in eo examinatur causa interitus Reipublicæ, & damni publici, executor ipse super sedere tenetur, cum examen illud sit quid præparatorium destinatum ad prædictam finem referendi, idem etenim ius est in præparatoriis, quod in præparatis, l. ordinarij 13. vbi Bald. num. 2. C. de rei vendicat. Petrus Barbof. in l. heredes absens. in principio. num. 196. ff. de iudiciis, Cacherianus decis. 78. num. 5. 6. & 16. Conarruvas lib. 1. variarum cap. 4. num. 7. & 8. Farinac. in praxi criminali. num. 144. ex text. in cap. de prudentia. de donation. inter Doctores in rubrica, C. de edendo, Decius in rubrica, lectura 1. num. 8. de iudiciis, & ibi Ripa num. 27. Alexand. consil. 58. n. 7. lib. 1. Mandellus consil. 208. num. 3. Caldas Petreir. in l. si curatorem habens, verbo, Implorandum, num. 31. C. de in integrum restitut. Gutierrez de iurament. confirmatorio, 3. part. cap. 12. num. 6. Bald. & alij Sardus consil. 42. num. 17. Boslius sit. de foro competenti, num. 17. Gamba Curta de immunit. Ecclesiar. lib. 6. cap. 8. num. 3. Carlebal. de iudiciis, disputat. 1. q. 4. sub num. 204. pag. 101. ad fin.

85 Tunc quia est articulus facti incidens in negotio principali coram Senatu pendente, qui de facto etiam rei spiritualis incidenter ad causam principalem licetè cognoscit, sicut & iudex quilibet secularis, pro ut plurimos Doctores ad id citavimus sup. hac 1. p. cap. 8. ad num. 26. vers. Hoc ipsum firmant omnes Doctores.

86 Tunc etiam quia secundum magis communem, & vlti, & consuetudine quod receptam in Hispaniarum Tribunalibus supremis doctrinam de causa possessoria beneficii posse cognosci

ab illis nempe laicis, pro ut multis Doctoribus citatis probat Iacob. Cancerius variarum resolut. lib. 3. cap. 14. cum sequentibus, & sup. abundè prosequitur cuncta cum latis Castillo de certis, cap. 12. ad num. 41. Fontanella de pactis municipalibus clausul. 7. glof. 3. p. 10. ad num. 48. p. 2. Ludouil. Post. de mantentione, observation. 6. ad num. 27. qui omnes infinitos penè alios Doctores cumulant; ac insuper Senatui referuata est authoritas vindicandi audaciam, & irreuerentiam contra partem, & iudicem sic fraudulenter exequentem contra leges Regias ita disponentes, ad ea que latius deduximus de Regia protectione 1. p. cap. 7. ad num. 34.

Tunc etiam, quia licet facultas data ad super sedendum in executione, non verificetur in executione iam facta; tamen quando ipsa executio fuit attentata, & nulla; tunc intrare facultatem super sedendi, semel ac iterum Rota declaravit, pro ut in illa Celsionem. Præceptorie coram Coccino, & in alia Tarracoensis, ibidem per Rotam relata, quæ adduximus superius, num. 37. idè quæ cum hæc possessionis apprehensio fuerit facta, & de iure facta, & nulliter fuerit facta; poterit Senatus illam liberè repone, tanquam incidens in causam, & ex vi & natura facti incidens in principali articulo violentiæ, & retentionis.

Vnum tamen vile ad hoc quod notabis (ad destruendam malitiam fraudulentam impetrantis, sic volentis suas litteras exequi recursum pendente in Senatu) quod ad exercitium iurisdictionis requiritur præsentatio coram iudice delegato litterarum originalium, vel alias authenticarum, quare si copia non solemniter deducta cum citatione partis, & decreto iudicis fuerit præsentata ab impetrante Iudici delegato; processus & executio eius virtute erit inanis, & nulla, nullamque iuris producat effectum; ita latissime post plures Doctores, & Rotæ decisiones probant Nicolaus Garcia de beneficiis 6. part. capitul. 2. ad num. 16. 17. & 18. & supra. Quare sibi sic apprehensa possessio, & facta executio nihil prodesse poterit, nec impediet attentati repositionem per Senatum faciendam ex supradictis.

Efficax remedium, quo generaliter consultur vim patienti ex litterarum executione iam peracta.

Mhi indes meditati super hac nostra iuris quod rigore vallata opinione (à qua desistere nullo modo potui, & eadem (ut arbitror) per omnes insistentem, & efficax occurrit remedium in suo genere licitum, legitimum, & permittum, quo per indirectum, & causatiue saltem effectum queat fortiri salubre illud retentionis decretum per supremum Senatum, legitima existente causa, expeditum, per coniunctionem videlicet, & cumulationem duorum remedium, se ad inuicem iuvantium, ita ut ex utroque simul iuncto retentionis decretum liberè, & absque impedimento suum plenarium consequatur effectum, ut clarè ex dicendis patebit. Quod meo videre hallucinari videret Pater Henriquez laudatus infra cap. 11. ad n. 39. licet sub magna terminorum confusione, obsecrè,

secrè, & intricatè, pro ut libere adnotauimus eiusdemque verbis ad litteram relatis.

Dato igitur in Senatu decreto retentionis litterarum ipsi tamen iam executi, compareat pars, vel Regius Fiscalis coram eodem execute, & alleget eandem causam, scandali scilicet, & damni publicæ utilitatis, quia motus fuit Senatus ad ita decernendum (cum omnes retentionis causæ ad hoc principium, & fundamentum sint redactæ, pro ut sup. cap. 3. cum quatuor sequentibus, cap. 1. hac 1. part. diximus) & petat repositionem executionis (cum nulla fuerit, & attentata, ut mox ostendam clarè) & ad non repositionem, & ab executione litterarum Apostolicarum tanquam nulliter, & attentatè facta appellationem interponat, vel ad illusterrimum Nuntium horum Regnorum, vel ad Sanctam Sedem Apostolicam, & ob negatam delationem & executionis repositionem recurret ad eundem Senatum per viam violentiæ, quo indubiè, & iusto fundamentum ex mox dicendis, sibi dabitur decretum violentiæ, nempe: *Que el juez Ecclesiastico que desta causa conoce, haze fuerza en no otorgar la apelacion interpuesta, que la otorgue, y reponga lo hecho de fines della, o en el tiempo que pudo interponerse, iuxta que Nos in tractatu. de Regia protectione 1. part. cap. 2. ad num. 199. cum seqq.*

Et tunc intimato iudici quod executori hoc decreto violentiæ, qui ipse omnino parere debet, & ad vnguem obtemperare deferendo, & respondendo omnia gesta post appellationem, & in tempore, quo potuit interponi, pro ut abundè probauimus dist. tract. 1. part. cap. 2. §. 1. per totum; & facta hac repositione, res redditur integra, & redicitur ad illum priorem statum, quo litteræ executæ non erant, & hic incitare rectè potest decreti Senatus retentionis prius expediti executio, in cuius complementum non solum litteræ Apostolicæ detinentur; sed & omnia acta ad executionem earum pertinentia, ne viterius illis vtatur aliquis, donec summus Ecclesiæ vniuersalis pastor, ad quem supplicatum stat, melius de causa legitima suspensionis instructus, & informatus, dignetur per suam piissimam, & paternalem misericordiam de remedio vtiliori providere.

Singulas insuper huius miraculosi, efficacis, que remedijs partes specialiter iustas ostendam.

Certi namque iuris est, quod in omnibus iis causis, quæ legitime sunt ad super sedendum in litterarum Apostolicarum executione, de quibus cap. 3. cum sequentibus, supra, quæ omnes tendunt ad evitandum scandalum, & damnum Reipublicæ, ut ibidem vidisti: In omnibus ipsis iudex executor, cui litteræ sunt directæ, non solum potest, sed imò præcisè, & omnimodo tenetur super sedere, quia exequi non potest, ita probat, & iura Canonica intelligit post alios Mastill. de magistratibus, lib. 5. capitul. 9. num. 22. Ripa in cap. si quando de re scriptis, Maranta disputat. 1. Afflicti consilij. pacis cultum, num. 57. rubrica 8. lib. 1. Follet. consilij. Magistrj iustitiarj, num. 5. & 8. Capiblanco. de Baronib. pragmatice. 14. num. 47. Rodericus Suarez allegat. 12. ad num. 48. Gurba consilij. 59. n. 76. in fin. Atque etiam illa doctorum caterua à nobis congregata in vnum, cap. 3. ad num. 23. versiculi. Quare iustissime sancitum est; ad quæ loca remitto, quia amplius non repeto, & alibi

pluries atque pluries id quoque diximus in dict. cap. 3. cum quatuor sequentibus.

Et est textus expressus in cap. rescripta contra ius elicta ab omnibus iudicibus præcipuum rescripta, nisi forte aliquid est, quod non ledat alium, &c. 2. 5. quest. 2. Id ipsum etiam probant text. in cap. Imperiale, & in cap. nec damno suo fisco, & in cap. dicenti, eadem causa & quest.

Ad hoc ipsum subtiliter quod pondero verba, quibus attentè vti fuerit Pontifices in c. si quando de rescriptis, ibi: *Aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, &c. & in cap. cum teneamur de prebendis, ibi: Aut si non potest ei sine scandalo provideri, &c.* Quibus quidem verbis manifestè docet Pontifex, quod vbi datur legitima causa, & à iure approbata ad super sedendum, deficit tunc in execute potestas exequendi.

Nulla enim in iure maior quod nullitas, quam defectus potestatis, & quod ultra potestatem sit à iudice, maxime execute, nulliter fit, Boerius decis. 299. Olian. de iure fisci, cap. 15. num. 39. Riminaldus Iunior. consilij. 281. num. 70. Rota diuersorum, decis. 666. num. 4. part. 1. Bertozola consilij. 465. num. 24. Patif. de gabell. part. 3. num. 73. Nizol. allegat. 2. num. 21. Vancius de nullitate ex defectu iurisdictionis, num. 1. Marius Gurba decis. 96. sub num. 10. de quo nos abundè in tractatu de Regia protectione 4. part. cap. 6. ad num. 3. & supra optime in cap. 3. ad num. 36. & ad num. 64. Et est textus qui hoc idem probat in l. quicumque, & in l. qui contra nostra, C. de executoribus, & exactoribus, lib. 12. Quibus quidem iuribus, & locis amplius latè probatur, idem esse defectum potestatis, & iurisdictionis in execute, ad effectum causandi nullitatem.

Prædictis adde etiam communem Doctorum resolutionem, quod habet, quod licet executor sententiæ non possit cognoscere de execute labefactante sententiam superioris; tamen quando eius datur nullitas notoria, ipse executor illa præcisè, & necessariò tenetur admittere, non ad effectum cognoscendi, & determinandi super illa; sed ad effectum super sedendi in executione, & referendi superiori, qui sententiam tulit; ita latè probant Petrus Barbosa in l. si prætor. 75. in principio, & in §. 1. ff. de iudiciis, ad fol. 770. in magnis & inclus. ibidem à num. 41. & sequentibus, & in §. Marcellus, ad principio, & ad num. 62. & sequentibus, Zeball. de cognition. per viam violentiæ lib. 2. quest. 146. per totam, optime Ioann. Hieronym. Campanil. diuersorum iuris, rubrica 11. cap. 13. ad num. 254. & sequentibus, Cardin. Tuschus practiarum conclus. litt. S. conclus. 142. & littera R. conclus. 267. Scaccia de appellat. quest. 11. ad num. 193. cum sequentibus, quo limitabis, quod generaliter diximus de Regia protectione 4. part. cap. 7. ad num. 15. & sequentibus; pro ut etiam declarauimus 3. part. cap. 9. ad num. 33.

Igitur appellatio hæc duobus ex capitibus iusta & legitima efficitur, quod ut licitè ab execute deferendum est; primò quia processit tempore, quo debebat conuiescere, & super sedere, & sic ab eo procedente, & eius processu appellatio licita & legitima est, & violentiæ decretum in Senatu datur; Nos in tractatu de Regia protectione, 3. part. cap. 10. ad num. 174. & 4. part. cap. 11. ad num. 4. & melius post Ioannem Monach. Patif. Bonifac. Bald. Cinnuc. Ab-

bar. & Caputaquem diximus de Regia protectione 2. part. cap. 18. num. 44. Et rursum, ubi simul probauimus, omne gestum & à iudice tempore, quo debebat conuiescere & super sedere esse nullum ipso iure, & perinde legitima appellatio, ut eius virtute obtineatur in Senatu decretum violentiæ, Que orogue 7 reponga.

Ultra quos, & quod processus gestus à iudice tempore, quo debet conuiescere, & super sedere probant Glossa in cap. Index, verbo, Proponatur, & ibi Francus, & Geminian, de offic. Delegat. in 6. Bart. & alij in l. quia poterat. n. 4. ad Trebellian. Salicet. in Authen. offeratur, C. de litis conest. cap. cum speciali, & ibi Perusi. n. 64. de appellation. Granur. theorem. 17. sub num. 1. Lopus allegat. 1. Roman. consil. 220. num. 3. vbi Mandos. Alexand. consil. 104. num. 4. volumin. 5. & consil. 89. num. 3. volumin. 1. Gaill. obseruat. 33. num. 12. lib. 1. Zeballos contra communem, q. 680. Villadiego foro iud. lib. 2. tit. 1. l. 22. num. 11. Casane. consil. 30. num. 21. Tuschus littera S. conclus. 913. num. 25. Minfinger. centur. 4. obseruat. 59. Paris. consil. 89. num. 7. volumin. 3. Guaz. reorum defen. 1. capitul. 19. num. 37. & 55. Cephal. consil. 241. num. 19. Ruinus consil. 6. num. 5. volum. 4. Menoch. consil. 865. num. 15. Chircho. communium opinioinum, centur. 3. conclus. 95. Inftigol. lib. 3. singul. 79. num. 182. Couartuuias practicar. cap. 26. Azuced. in l. 1. num. 8. tit. 16. lib. 4. Recopilation. Giurba consil. 9. num. 1. & n. 3. Millis in repert. verbo, Iurisdiction. Vettall. decis. 7. num. 1. part. 3. Olafcus decis. 84. num. 3. Matanta de iud. part. 4. distinct. 16. num. 4. & p. 6. tit. de appellat. num. 4. Scaccia de appellat. q. 5. sub num. 116. & quest. 14. num. 62. Morta in emporio, tit. 2. de iurisdic. in premiss. num. 211. Caualean. decis. 28. num. 112. part. 2. Burlatus consil. 21. num. 20. Rebuffus tit. de recusat. artic. 6. glof. 1. num. 2. Anton. Gabriel. tit. de iudicis. conclus. 5. num. 1. Costa de scientia inspect. 85. n. 26. Lancellotus de attentatis, part. 2. cap. 6. num. 4. Gregor. Lopez in l. 22. glossa magna, tit. 4. p. 3. Doctor Valençuela Velazquez conf. 43. n. 170. & sequentibus. com. 1.

Secundò etiam dicitur ista hæc appellatio legitima, quia ab actu nullo, etiam in materia executionis, & sui natura priuilegiata licita est appellatio, quæ simul habet utrumque effectum ex reg. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata, latissimè probauimus in dict. tractatu de Regia protectione, 3. part. cap. 9. à principio, & à num. 21. cum sequentibus, & per totum. Et quando in executione deficit potestas, vt appellatio suspensiuè licita sit, multa scitu dignissima per Nos in eodem tractatu 4. part. cap. 6. à principio per totum, quibus quidem locis & alibi passim abundè videbis de iustificatione huiusmodi appellationis, & eius effectus suspensiuo, vt vim fieri declaratur in Senatu.

Hinc succedit, quòd quando executor nulliter processit ad executionem & litterarum Apostolicarum, per comparationem partis legitimæ, statim & ante omnia tenetur reponere possessionem, & alia omnia gesta tanquam nulla, & attentata in pristinum statum, & appellatio ab ipso executore, & toto eius processu interiecta per nouiter comparentem includit gesta omnia à principio, ita latissimè per Rotæ decisionem & alios Doctores comprobauimus in dict. tractatu 1. p. c. 5. à n. 66. & seqq. & obiter c. 6. n. 62.

Quare per hanc repositionem & titulus redactur ad non titulum, causa ad non causam, possessio ad non possessionem, & res redditur ad suum priorem statum, quo erat ante executionem factam, de quibus quia multa diximus in his terminis de executione, actibus & sententiis repositis in dict. tractu 4. part. cap. 14. per totum, & præcipuè à num. 140. cum multis sequentibus, post magnam Doctorum exornationem; amplius non tracto.

Inde fit, quòd cum mediante hac repositione (legitimo modo & permisso facta) sit sublatum impedimentum, & inconueniens consideratum in fundamentis secundæ partis questionis, à num. 32. & sequentibus; proxt erit executio præcedens litterarum Apostolicarum, quam Senatus per se ipsam directè reponere non potest in sui decreti retentionis executionem, vt superius abundè probauimus, & resoluimus: sequitur vt hac insidiosa via, semel facta repositione, subintret decreti Senatus retentionis executio, quia res semel prohibitionem euasit, ac ideo semper durat & libera, de quo plurimas doctrinas congestimus in dict. tract. 3. part. cap. 4. à num. 55. cum multis sequentibus, & de variis effectibus, & exemplis benè comprobatis rei redactæ ad priorem statum, & naturam, vide re per te insuper poteris apud Mieres de maioratu 1. part. q. 38. à num. 184. & num. 290. quæ rectè conducant.

Et facit alia doctrina, quæ & huic multum similis est, de qua Nos eodem tract. 4. part. c. 8. num. 91. num. 96. & num. 92. quo diximus, quòd si quis per executoriales fuit condemnatus ad restitutionem rei, qua fuit à tertio spoliatus, contra quem intentans remedium possessorium obtinuit primam sententiam, quæ eiusdem spoliati fauorem exequitur; statim poterit ille prior victor suas executoriales exequi ab eo instanti, quo res exipit semel intrare in potestatem condemnati.

Non minus conducit alia & illa doctrina, de qua Nos exactè in tractatu de protectione Regia 4. part. cap. 9. à num. 158. & sursum à num. 156. vbi, licet in condemnatum ad rem restituendam, nequeat fieri executio, quia illam tempore licis moræ, & condemnationis non possidebat, si tamen res ad suas manus perueniat postea; statim, quod cepit possidere, fiet in eum executio absque nouo processu, quod post plurimos Doctores probauimus latius, & quibus ad idem adde Iacobum Gallum consil. 5. per totum, maximè num. 9. & 10. & num. 5. Vincentium Carotium de exceptionibus, exceptione 21. n. 32. & est text. in l. 3. §. 1. ff. de executione rei iudicatae, vbi Bart. dicit esse text. litteris aureis scribendum, & numquam obliuiscendum.

Hoc remedium nota, quoniam est valdè vitale, & omnino indies necessarium, secutum, legitimum, constans & licitum attentè consideratum, quòd alibi nec videbis, nec audies in re tam graui, & articulo tam difficili, & quotidie controuerso.

Quæ quidem comprobatio licet vniuersaliter omnibus casibus retentionis contingentibus sit omnino adaptabilis (vt ad oculum vidimus, & probauimus) non desinat insuper & aliquos alios particulares recensere, & comprobare, & noua aliqua, vtilissimæque dicuntur circa contradiçtores comparentes post executionem peractam,

actam, & sic re iam non integra, quæ alibi non reperies sic explicite digesta. Ex quibus apparebit, quòd ille oppressus, qui habuit ius ad proponendum, & intentandum remedium retentionis, & obtinendum in Senatu decretum affirmatiuum super ea; habet etiam ius comparandi coram executoribus, & executione litterarum iam peracta, & ab eo petendi repositionem, illamque obtinendi indistinctè in cunctis casibus, in quibus obtentum fuit eandem litterarum retentionis decretum.

Et imprimis, si contradictor sit possessor, & compareat post & executionem factam, & missionem in possessionem, ipso tamen possessore non citato, nec cum eo adhibita causæ cognitione, potest quodcumque comparere, & possessionis repositionem petere, quæ in primis, & ante omnia faciendæ est ab eodem iudice executoris, quia cum immisso fuerit nullæ; res non desinit esse integra (vt statim probabo) & optimè comprobauimus per expressam Rotæ decisionem, & alios plures Doctores 1. part. cap. 5. à num. 66. cum sequentibus, de Regia protectione. Quibus adde Menochium latè tractantem hunc articulum de adipiscend. remedi. 4. à num. 627. post Barth. doctrinam, quam omnes sequi firmat Zuchardus, & alij multi Doctores, quos sequitur referens D. Ioann. del Castillo controuersiarum, tom. 1. cap. 24. num. 170.

Et vnum attende circa has doctrinas, & alias plures applicandas, quòd immisso in possessionem & virtute gratiæ Apostolicæ regulatur secundum regulas interdicti adipiscendæ possessionis ex l. fin. C. de edicto diui Adriani rollen. & eiusdem regulis subicitur, vt statim probauimus ex plurimis Rotæ decisionibus sic expressè deciditibus à num. 142.

Ex vero fundamento & ratione præcedentis doctrinæ & inferre primò poteris ad litteras Apostolicas imperatas ab alienigena, & non originario horum Regnorum, qui cum sit incapax ad hæc beneficia, & omnino inhabilis mediante immemoriali & laudabili consuetudine horum Regnorum indultis Apostolicis confirmata, vt plures leges, tit. 3. lib. 1. Recopilation. firmant, proxt & superius hoc cap. à num. 70. versic. Ab hac tamen regula excipiuntur, &c. Imò talis alienigenæ possessio, quæ est contra prohibitionem statuti; & dicitur improba, & non manutentibilis, Bocatus de interdicit. vi. possides, cap. 4. in fin. Rota diuersorum, decis. 41. num. 1. part. 2. Ludouicus post in tractatu de manutentione, obseruat. 44. num. 21. vbi à n. 29. plurimos citat, vt idem sit, quando possidenti restitit ius, & cum sit apprehensa virtute tituli nullius & inualidi, dicitur vitiosa, & ad nihilum prodest, vt abundè probat D. Ioann. Baptista Valençuela Velazquez in conf. 177. à num. 84. vsque ad 91. inclusiuè. Et nos latius infra 3. part. huius tractatus.

Consonat, quòd quando prior immisso, & possessionis apprehensio fuit nulla, seu aliter vitiosa, habetur pro vacua, & quæ ad nullos iuris effectus considerabilis est, adè vt minimè contradicere, & impedire possit alium postmodum ex legitimo titulo venientem, & petentem talis possessionis immisionem, & in concursu harum duarum possessionum hæc vltima vt legitima manutentetur, vt ex quàm pluribus Rotæ decisionibus, comprobatur Ludouic.

Post. de manutentione, obseruation. 71. à num. 70. & sequentibus.

Inde est, vt cum executio proxt etiam ipsæ litteræ sint nullæ ipso iure; & quodcumque quilibet comparuerit etiam post factam immisionem earum virtute obtinebit omnino ante omnia repositionem petitam, & appellatio eius dicitur legitima, idem est in beneficiis patrimonialibus (vt statim) quia iste (cum nulla fuerit executio litterarum ob incapacitatem, & virtute litterarum similiter nullarum) quodcumque comparuerit, dicitur re integra comparere, quoniam per executionem præcedentem, aut aliam actum nullum res non desinit esse integra; ista est mirabilis Rotæ decisio in terminis 57. num. 8. vt per Viuianum in tractatu de iure patronat. vbi plurimæ decisiones alix citantur ad idem, variæque doctrinæ conducibiles, quòd actus præcedens, si est nullus, res non desinit esse integra, probant insuper Parisius consil. 98. num. 27. lib. 3. Lancellot. Robert. de attentatis 2. part. cap. 3. in præfat. num. 97. & 98. Agidius decis. 699. Puteus decis. 2. Carolus de Grassis de effectibus Clericatus, effectus 1. num. 311. fol. mibi 106. Et quoad omnes suos effectus iudicatur, ac si gestus non fuisset, alios plures Doctores infra 2. part. cap. 12. silatione 3. à num. 65. & in illationibus superioribus, à n. 58. cum multis sequentibus.

Ad quam doctrinam & nempe quod per actum nullum præcedentem res non desinat esse integra, plurima conducibilia adducit, hanc comprobant, Prosperus Farinacius in tractatu de rebus, quest. 75. à num. 98. cum sequentibus; quem vide, conducant etiam plures effectus resultantis ex actu nullo præcedenti, vt scilicet, quod per ipsum non perpetuetur interdictio, non inducatur litispendentia, non expirat potestas, non interruptatur prescriptio, & alios plures quos congestimus de Regia protectione 3. part. cap. 9. à num. 13. cum sequentibus, & à principio, cap. quibus adiungo, quæ etiam latè & doctè cumulat Carolus de Grassis de effectibus Clericatus, effectus 1. à num. 298. vsque ad num. 318. plurimos ad singulas & congerens Doctores; & ratio est, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum ex regula iuris.

Quòd pertinet, quòd licet lite iam contestata præcludatur via exceptionibus dilatoriis, ex vulgaribus; tamen quando exceptio & dilatoria illa talis sit naturæ, quæ reddiderit processum retrò nullum; rectè admitti & opponi potest post liem iam contestatam, l. licet, vbi Barth. & Doctores, C. de procuratoribus, latè Felinus in cap. exceptionem, col. 9. versic. Fallit ostium, de exceptionibus, Alexander. & Doctores in l. ita demum, C. de procuratoribus. Ioseph. Cumæ in ritibus magna Curie, cap. 2. num. 19. fol. mibi 19. consonat, quòd licet executio instrumenti impediatur per sententiam illud vniuerntem; si hæc est nulla, instrumentum liberè exequitur, vt ex Cocceio & Rotæ decisione rectè obseruat Antonius Amato variar. resolut. com. 2. resol. 81. num. 27.

Idem proxt ex paritate & rationis dicendum erit in litteris impetratis ad beneficia patrimonialia ab eo, qui non sit filius patrimonialis quibus tatum beneficia hæc cõferri possunt, & aliter facta proxtio est nulla ipso iure, vt in terminis post

post plurimos Doctores diximus de Regia protectione 3. part. cap. 9. à num. 38. & sequentibus, & ex similitudine, & maxima fraternitate horum beneficiorum, & iuris patronatus laici, de qualitate infra hoc cap. §. unico, à num. 100. & sequentibus; idem dicendum erit in istis iuris patronatus beneficiis, de quibus plurima attulimus in proposito infra num. 164. cum multis seqq.

118 Et nota quia in his casibus, quod quilibet vassallus horum Regnorum habet ius ad oppositionem hanc faciendam, & quilibet dicitur legitimus contradictor, ut de beneficiis impetratis ab alienigenis, ut possit quilibet vassallus ratione auctoritatis, & preeminentie Regis, proprii iuris & interesse quod habet, supplicare, & contradicere, ac se opponere, & petere retentionem litterarum; est lex expressa 14. ad finem, tit. 4. lib. 1. Recopilation. ibi: Y otrofi mandamos y damos facultad à todos y qualquiera nuestros subditos y naturales, que sobre esto puedan oponer, y hazer resistencia, pues la tal oposicion es sobre la exempcion y honra y guarda dela prehemencia de su Rey, y de su patria, &c. Et quod quilibet pro sola preeminentie Regis defensione sit legitimus persona, & contradictor; est textus expressus in l. 2. C. ut nemo priuatus, facit l. 1. tit. 13. part. 2. dum tractans de honore Regis, & utilitate eius per vassallum curanda, inquit: Por ende debeat may de luene las cosas que son à su honra y à su guarda, y ser mucho ansioso para alegarlas y acrescentarlas, y las que fueren à su daño desvirtuarlas, y tollerlas.

Et ex hac ratione prouenit, quod sicut Princeps potest non admittere in suo Regno Pralatum sibi suspectum, & non affectum; atque se electioni, de eo facte opponere, ut quam plurimis citatis Doctoribus scriptum in nostris commentariis de Regia protectione 3. part. cap. 10. n. 241. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 14. vers. Quares, Carolus de Grassis de effectibus Clericatus effectus 1. num. 1039. Vellera de disquisitione Clericali, part. 1. tit. de favore Clericor. personali (de quo suo loco infra 3. part. plenissime erit agendum) ita pariter quilibet eius vassallus de populo potest se huiusmodi electioni opponere, & impugnare electionem factam ad dignitatem Ecclesiasticam eò quod electus non sit gratus, & affectus suo Principi: prout in indiuiduo probant Ioann. de Anania in cap. quod sicut, num. 3. de electione, vbi Ancharan. num. 5. Cotta in memorabil. verba, Episcopi, Mandagotus de electione nouorum Pralator. in Miscellaneis, tit. electus an reprobari possit, vers. Elect. Episcop. Marius Mata in Capitibus Regni Siciliae, tom. 3. cap. 21. num. 37. ad fin. & cap. 12. num. 27.

110 Et quod tam in iis, quam in beneficiis patrimonialibus, quilibet filius patrimonialis sit legitimus contradictor ratione proprii iuris, & particularis interesse, probatur vterius. Quia cum habeant hæc regna priuilegia Apostolica, consuetudine immemoriali aduista & confirmata, ne exteris dentur beneficia, & multa loca, & Episcopatus eodem potantur iure, ut non nisi filiis patrimonialibus dari possint, & conferri beneficia, ut expressè dixit lex Regia 27. tit. 3. lib. 1. Recopil. ibi: Que se guarde y cumpla lo concedido por los Pontifices passados a nos y à los Reyes nuestros antecessores de

gloriosa memoria, y a los dichos nuestros Reinos, &c. Sequitur, quod cuiuslibet & singulis eadem priuilegia data censentur, quia priuilegium datum loco, personis ipsius loci concessum intelligitur text. in cap. per exemptionem, priuilegiis, lib. 6. Barthol. in l. quod constitutum, ff. de militari testam. Decius in l. omnibus num. 16. ff. de regulis iuris, & consil. 152. num. 3. Roman. consil. 180. num. 1. Valençuela Velasquez consil. 79. num. 73. Gratian. decis. 233. num. 13. Giurba consil. 89. num. 4. & concessum priuilegium per patre, cuiuslibet de patria ex eo ius competit Auiles in capitibus pratorum 19. glossa, Priuilegios, num. 3. Valençuela d. consil. 79. num. 75. & Giurba sub dict. num. 4. Ipsique ciues, & naturales patrie priuilegium retinent, Ponte in consil. 51. num. 36. in 1. Giurba in consil. 9. num. 11. in fin. Et quod priuilegium concessum patrie, ciuibus & naturalibus; tam laicis, quam Clericis concessum intelligatur, post Martam, & Grassis, & alios, diximus in tractatu de Regia protectione. 1. p. cap. 1. num. 63.

Et conducit, quia ratione damni Reipublice & præiudicij per publicæ utilitatis omnibus & singulis populatis actio adscribitur, & attributa est ex toto titulo, ff. de popularibus actionibus, & passim alibi, ex quibus in iis que tangunt publicum præiudicium Regis, aut Regni, quod sit propria actio, & ius contradicendum Regis Fiscalis, nemo dubitat, quod & latius scripsimus sup. 1. p. cap. 13. per totum, & signanter, num. 57. & num. 7.

Ex paritate & identitate rationis scripte superius, vers. In primis si contradictor, à num. 109. cum seqq. idem præcisè per affirmandum erit in Ballis impetratis ad beneficium iuris patronatus laicorum (quorum deficiente consensu patroni laici, non admittitur in his Regnis derogatis, ut latius agendum infra 4. part. per totam) ut tunc cum generaliter ratione proprii iuris, in cuius est quasi possessione, & interesse semper est legitimus contradictor ad latè tradita per Nos de Regia protecl. 2. p. cap. 13. à num. 58. Vnde si non fuerit citatus, licet in litteris mentio talis iuris patronatus facta non sit (quia tunc non est dubium quod sit citandus, & cum eo patrono legitima cause cognitio adhibenda) est executione litterarum per acta comparuerit, potest petere repositionem, & ante omnia faciendam per executores ut supra diximus. Tum quia iste ex executione litterarum, per acta suo consensu facta inducitur turbatio suæ possessionis iuris patronatus, cuius ratione, quodcumque compareat, dicitur legitimus contradictor ad reponendum ex superius dictis d. vers. In primis, à num. 109. cum multis seqq.

Tum etiam, quia accedente sua contradicitione, littere Apostolicæ per collatio, & possessio ipso iure resoluantur, & annullantur factæ sine suo consensu, prout abundè post plurimos Doctores resoluimus ut indubitabile 3. p. cap. 9. à num. 131. cum seqq. & cap. 10. à num. 2. cum seqq. in tractatu de Regia protectione, quare succedit regula firmissima, & latè comprobata hæcenus, quod per nullitatem executionis res non desinat esse integra, & quodcumque patronatus compareat, & contradicat, re integra comparuisse dicitur, de quo abundè sup. à num. 113. & à num. 103. cum multis seqq. & insuper huic applica mirabiles plures doctrinas, quas de resolutione

127 tione actus, & de pluribus eius effectibus scriptum in dict. tractatu. 4. part. cap. 14. à num. 18. cum multis sequentibus, & per totum capitulum, res dicitur retrorah ad suum priorem statum, ac si à principio gestus non fuisset.

Sed non omittam notabile dictum Baldi in l. qui ea lege, C. de pactis inter emptor. & venditor. Quod quando dominium transfertur suspensiuè, resolutio contractu, res redit ad suam primæum naturam, & ad sua principia attractiua, l. 3. cod. tit. Franchis decis. 64. num. 11. Sesse decis. 8. num. 55. & 97. Calaneta consil. 7. num. 9. Tiraquel. de reuocatu linagier. §. 19. gloss. 2. n. 4. Martia voto 200. num. 11. Ponte de potestate Præregis, tit. de assensu Regis, §. 4. n. 25. & consil. 81. num. 39. & 40. lib. 1. Aldouinus consil. 101. n. 3. & 4. Fabius Anna consil. 113. num. 14. Serader. consil. 4. num. 99. Mantica de taciis & ambiguis conuentionibus, lib. 4. tit. 33. num. 4. & quod resolutio contractu ex causa de præterito, res redeat ad suum priorem statum, & originem cum omnibus suis qualitatibus, quas habebat antea, ac si contractus celebratus non fuisset; multi probant Doctores, & varie doctrinæ cumulate per Anton. Amato variat. resolut. lib. 1. resolut. 4. à n. 4. cum pluribus sequentibus, & per totam resolutionem.

Conducit bene alia similis doctrina, quod possessio data alicui tanquam successori ab intestato, si postmodum comparet testamentum, illa possessio concessa dicitur iniusta, improba, & non manutentibilis, ita ut nihil obstat agenti, & postmodum contradicenti, comparenti ex testamento, Martia consil. 94. à num. 1. & n. 5. Itaque mediante oppositione patroni litteræ Apostol. & omnia inde deriuata resoluuntur, & annullantur, & res efficitur integra.

Et iterum quod possessio, quæ ex aliquo accidenti resoluta, & finitur, adeò reddatur infecta, & inefficax, ut nullatenus proficit, nec etiam ad manutentionem, aliumuè iuris effectum, latè probant Gratianus disceptat. foren. cap. 113. à num. 60. cum seqq. & in cap. 110. n. 75. Coccinas decis. 418. Ludouic. Post. de manutent. obseruat. 64. n. 13. & 14. & post tractat. decis. 81. vbi de arreatatorio reddituum annualium, ut possessio eius proficit durante conductione, eius tamen finita & resoluta, amplius non proficit ad manutentionem, & de aliis exemplis apud illos Doctores, & decis. optimè etiam Nicolaus Garcia de beneficio. 1. p. cap. 2. num. 87. & sup. Vbi de beneficio à mobili ad natum patroni, ut accedente patroni reuocatione, cesset possessio, & manutentio. Itaque etiam quod possessio ad certum tempus, cessat possessio post illud, & manutentio denegatur, consonant Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 17. à num. 33. & D. Ioan. Bapt. Valençuela Velasquez in consil. 192. à n. 31. & seqq. tom. 2. Vbi de Vicario foraneo à mobili ad natum Prælari, ut accedente remotione, & reuocatione nullatenus manutentatur ob resolutam causam possidendi; quæ doctrinæ singularissime sunt nostræ resolutioni, ut quando eumque accedat contradicitioni patroni post peractam executionem; cum collatio, possessio, & executio resoluuntur, & annullantur, res sit adhuc integra; debeat admitti ut legitimus contradictor absque aliquo impedimento possessionis apprehensæ, cum reddatur ad non pos-

sessionem, inutilem, & infectam, & ad nullum iuris effectum considerabilem, quia non præstat impedimentum, quod de iure non fortiter effectum ex latè deductis in hoc legitimo discutis.

Hinc inferatur ad decisionem per Rotæ Romanæ, quam ad litteram refert Nicol. Garcia de beneficio. 6. p. cap. 2. à num. 132. vbi reuocata fuit executio litterarum vti nulla, & attendata, eo quod cum præsentato ad idem beneficium per Patronum laicum causa cognitio non adhibuerit executor, stante beneficii possessione vacante, & non occupata, ibi: Maxime cum Petrus comparuerit, supponens idem si eo tempore ante peractam executionem non comparet, & ibidem: Nec etiam ob stare, quod possessio esset vacua, nec ostenderetur titulus Apostolicus quia cum in gratia adesset clausula, dummodo non sit alteri ius questum, sufficit, quod Petrus ostenderet se præsentatum ut diceretur legitimus contradictor, cum Papa non præsumatur voluisse præiudicare, & derogare præsentationi, &c.

Facit etiam doctrina Menochij de adipiscend. remedio 4. qui à num. 626. aliquos casus per distinguens, quando dicitur quis legitimus contradictor post missionem factam, & exequantam in num. 628. ita ait: Tertius casus, cum hic contradictor, qui hoc tempore venit scilicet, non possidet, nec citatus fuit; tunc si allegat aliquid quod exclusiuum sit intentionis hæredis, & beneficii huius constitutionis, hæc missio in possessionem reuocabitur, ita per Bart. hic column. penultim. versicul. Si vero non alleges, exemplum affert Bart. ut si alleget testamentum fuisse abolitum, & cancellatum, qua de re dicimus infra, quest. 84. vel testatorum non possedisse tempore suæ mortis, quod iam diximus multis in locis supra, &c. Et in num. 629. ita ait: Quartus est casus, cum hic contradictor, qui hoc tempore venit, non possidet, vel si possidet, vel non citatus fuit, sed non probauit ius aliquod, quo mereatur illa missio reuocari: tunc non per reuocabitur, sed ius suum proponere is debet in iudicio ordinario, quod sentit & Corneus hic num. 29. post Bart. vbi sup. &c. Quem etiam Menochium ad litteram referens sequitur Castillo controuersiarum, tom. 3. cap. 24. num. 170. vbi superius latè tractat de legitimo contradictore, qui comparet ante vel post missionem.

Et aduerte, quod prædicta Menochij, & aliorum doctrina rectius procedit in contradicitione patroni, qui ratione suæ possessionis, quam habet ad ius patronatus, in qua turbati non est dubium ob factam executionem litterarum ipso nec citato, nec consentiente. Maxime quia per contradicitionem & oppositionem suam retro resolutur & annullatur prouiso, & executio, ut iam diximus, & hoc vltimo casu loquuntur Menochius, & sequaces, dum loquuntur de testamento abolito.

Quidquid aliter sit dicendum de alio oppositore, qui nec possidet, nec allegat causam resolutionem præcedentis executionis, ut cum Parladorio diximus supra in 2. fundamento sentent. partis, versicul. Hinc est quod legitimus, n. 44. & quæ Nos de Regia protectione 2. part. cap. 13. à num. 65. & sequentibus. Quia si iste talis comparet post perfectam executionem, & sic re non integra, non auditur, ut ibidem latissime diximus, eo quod per suam simplicem comparationem

ritionem non annullatur executio præcedens, secus si per eam annulletur, quia allegat causam aliquam resolutionem ex hæcenus deductis.

Et ut hæc doctrina Menochij, & sequacium loquentium in contradicatore admissiorem ex l. fin. C. de edicto dicti Adrian. tollen. comparante post factam iam missionem, magis quadret, scire debes; quod de ea missione ad missionem in possessionem beneficii faciendam, vel factam virtute litterarum Apostolicarum, vel alterius collationis (cum ad utrumque sit competens remedium adipiscendæ) validum est argumentum, & sub regulis legis fin. comprehenditur, & omnino regitur & utrumque æquiparatur, in procedendo, & contradicendo, aut opponendo, ac omnibus aliis Marquesan. de commissio- nib. 1. part. cap. 13. num. 20. Ioannes Hieronym. Campanill. diversor. iur. rubric. 11. cap. 13. à num. 221. & à num. 223. Rotæ decisio per Nicolaum Garciam de beneficio. 6. part. cap. 2. num. 124. & alia per eundem sub num. 128. versicul. Tandem ad medium, & vide, num. 143. & optimè ipse Garcia num. 159. & vltimus ipse Garcia bene 1. part. cap. 5. num. 443. & melius 6. part. cap. 4. à num. 7. cum sequentibus, & in decisionibus ibi adductis, & num. 50. & 65. & dict. 6. p. cap. 2. à num. 161. cum sequentibus, & num. 164. & 165. per totum, bene Gonzalez in regula 8. Cancel. gl. 15. §. 1. à num. 81. cum sequentibus, vsque ad finem glossæ, & ipse Gonzalez in §. 7. proximali. à num. 142. Marefcotus variarum resolu- tur. lib. 2. cap. 1. à num. 42. Seraphinus decis. 357. part. 1. Caballerius decis. 230. & decis. 274. Mirabiliter Rota per Coccin. decis. 431. num. 1. qua ad idem alia recensetur decisio, mirabilis decisio Alexandri Ludouisi 335. num. 6. & n. 15. & ibi Oliucius Beltraminus, & faciunt quæ Nos de Regia protectione 4. part. cap. 8. num. 209. vbi plurimos ad hæc æqualitatem Doctores cita- ramus, quibus & hæc addæ, & decis. 80. n. 7. adductam per Viuanum in tractatu de iure patronatus.

Ex quibus satis euidenter deducitur, patronum laicum non citatum quoadcumque comparantem, & contradicentem immisionem factam virtute litterarum Apostolicarum esse legitimum contradicentem tam ex sua possessione iurispatronatus (ad cuius turbationem, & præiudicium necessario infertur) quam ex vi resolutionis factæ ipso iure per suam contradicentem, & denegatum consensum ex hæcenus dilucidè deductis, & non inutiliter comprobatis. Ac idè non obstat, firmiter asserendum est, & decisionem Rotæ adductam per Marches- sanum in tractatu de commissioibus tom. 1. fol. 437. col. 2. qua dicitur; executionem litterarum Apo- stolicarum non renouari, quando de iure patronatus ad idem beneficium non fuit oppositum ante factam executionem, sed post eam per- actam; cui responderetur, quod vel dicta decisio sit intelligenda, quando de iure patronatus non fuit oppositum per ipsummet patronum, nec per ab eo præsentatum, sed per alium tertium putà consanguineum, vel alium nomine patroni absentis absque eius mandato speciali, & hoc ita videtur innuere dicta decisio, cum genera- liter loquatur de hac oppositione, & à quo facta fuerit, nihil appetit, vel non attendenda, cum loquatur contra totæ & legitima fundamenta, & verissimas doctrinas, quas subterfugere,

& evitare nemo poterit, cum reuera per con- tradictionem, & comparisonem patroni laici prout Apostolica resolutum, & ad nullita- tem reducatur executio & cuncta ab ea deri- uatiua, & sic reddatur integra, & ad tempus seu statum, quo legitimus quilibet contradicitor comparere potest.

Quibus ita omnibus suppositis, & hoc no- strum, vile, verum, & efficax remedium ita erit practicandum: si post executionem littera- rum recusus retentionis petitus aut obtentus fuerit, compareat pars cotam executore (semper tamen Regius Fiscalis, vt diximus, legitimus erit contradicitor) & opponat de legitima causa, qua motus fuit Senatus ad decretum decernendo, & simul repositionem factæ executionis petat, & à non repositione, & ab omnibus actibus executionis interponat appellationem, & pro delatione eiusdem iterum recurrat ad Senatum, illic indubiè obtinebit decretum violentiæ, vt deferat executor, & reponat, intimatò- que decreto iudici, omnino reponat, prout tenetur præcisè, ac postmodum in executionem decreti retentionis retineatur in Senatu Bullæ & processus, omniæque acta ad illam attingentia executionem præcedentem, sicuti & qua- libet alia, quæ postmodum eorundem littera- rum virtute consiciantur, vinculo decreti retentionis similiter alligata retineantur.

Notare etiam debes, quod & ad huiusmodi oppositionem faciendam & comprobendam sufficere, meo iudicio, decretum retentionis Senatus, quia in eo supponitur iusta causa, & legitima ad executionem suspendendam, & super- sedendum in ea, quouique per humilem suppli- cationem interpositam Summus Ecclesiæ pastor remedium adhibeat, cum aliter Senatus non ex- stente iusta & legitima causa ita non decerne- ret (nec de tam graui Senatu vllatenus presu- mendum, sed imò pro se iter presumptio) quoniam cum ad Senatum pertinet hæc cognitio super examine legitimæ causæ ad retinenda, & ad effectum suspendendi atque super- sedendi in litterarum executione ipse Iudex Ec- clesiasticus illi stare debet, quia acta gesta coram seculari, vbi de causa seu articulo cogno- scere potest, faciunt fidem coram Iudice Ec- clesiastico, quando tendunt ad eundem finem text. est in cap. 2. de exceptionibus, lib. 6. in hæc: Cum quidam seculares Iudices (dum coram eis excipitur de re per Ecclesiasticum Iudicem iudicata, in casu, quo ad eum pertinet cognitio de consuetu- dine, vel de iure) recusent excipientes audire, in derogationem iurisdictionis Ecclesiasticæ, & con- temptum; decernimus, vt per censuram Ecclesia- sticam ab iniquitate coercantur huiusmodi, & ad admittendam exceptionem eandem (ubi aliis de iure debet admitti) à locorum ordinariis compellan- tur, &c. Et statim consecutivè in §. sequenti, idem disponit similiter obseruandum in casu conuerso in hæc: Similiter Ecclesiastici Iudices (si coram ipsis excipiatur de re per secularem Iudicem iudicata) exceptionem ipsam admittunt, in his qua animarum periculum non inducunt, per su- periores suos (nisi fecerint) animaduersione debita castigandi. Hæcenus de mirabili textu ad pro- positum, hunc rextum latè exornant, & eius conclusiones probant Decius in cap. 41. si Clerici, de Iudiciis, & ibi Ripa, num. 3. & alij citari per Valacum in consultatione 65. num. 3. & videndus per

per totam, consil. Nicolaus Millis in reportor. verbo, Index Ecclesiasticum cui sit remissio, An- tonius de Butrio in d. c. ar. si Clerici in princip. versic. Oppano, quod conuincitur, sequitur Marta de iurisdic. 4. p. centur. 2. casu 69. à num. 9. & vi- dendus à num. 7. & nouissimè Rea in decis. Gra- natenf. discept. 8. à num. 30.

Et in optimo casu, quando scilicet super fa- cto matrimonio & incidit quæstio incidenter coram seculari, qui declarauit, non fuisse con- tractum matrimonium inter duos, vt postea si coram Iudice Ecclesiastico moueatur quæstio le- gitimitatis, vt obstat exceptio rei indicatæ ob- tenet coram seculari, exactissimè post alios probat Menochius in cons. 366. num. 46. 47. & num. 48. lib. 4. cuius verba referens sequitur & bene examinat Castillo conuener. tom. 5. c. 105. à num. 6. videndus.

Et hoc procedere (dicit Marta de iurisdic. 3. part. cap. 6. num. 2. & 3. fol. 308. vt huiusmodi acta facta à seculari & fidem faciant omnino in iudicio Ecclesiastico) propter bonam publi- cum, ne delusoria sint decreta prætorum per text. in l. si prætor. ff. de iudiciis, l. res indicata, ff. de re iudicatæ. Bald. in aushent. ad hæc, num. 15. C. de iur. iur.

Et cum hæc cognitio (vt diximus) & exa- men causæ legitimæ & ad retentionem Bullarum faciendam, & super sedendum in ea ad effectum supplicandi sanctissimum, tam de iure, quam de consuetudine immemoriali constanter vt no- toria obseruata (vt diximus supra 1. p. cap. 1. & cap. 2. atque sequentibus) fides huiusmodi examini, & decreto Senatus adhibenda est omni- no in iudicio Ecclesiastico; maxime cum Prin- cipi asserenti adesse timorem scandali omnino fides datur, & eius asserenti statim, vt ex plu- ribus Doctoribus probauimus infra hæc 1. part. cap. 3. §. unico, num. 65. & cap. 4. num. 57. alio- quin directè detraheretur tali Regali, iuri Regis, & consecutivè, contra text. mirabilem, & bene ponderandum in proposito in cap. causam que 7. qui filij sunt legitimi, in quo vtrum- que expressè atque manifestè probatur, & deci- ditur in hæc: Causam que & inter R. & F. super eo quod mater dicti R. dicitur non fuisse de legiti- mo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis commissimus terminandam, verum quia in litteris nostris inseri fecimus, vt sapè factò R. possessionem omnium quorum possessor extitit, quando aius suus proficiscendi Hierosolymam iter arripuit ante prin- cipalis causæ ingressum faceret restitui, si eandem possessione fuisset per violentiam spoliatus; nos at- tendentes, quod ad Regem pertinet non ad Eccle- siam de talibus possessionibus iudicare, ne videamur iuri Regis Anglorum detrabere, qui ipsarum iudicium ad se, asserit pertinere, fraternitati vestra mandamus, quatenus Regi possessionis iudi- cium relinquentes, de principali, &c. Plenus co- gnoscatis, &c.

Vilius tamen erit in hæc & quæstione, quod antequam pars grauatæ per litterarum Apo- stolicarum executionem ad Senatum Regium ac- cedat pro remedio retentionis; compareat coram executore earum, & opponat de suis ex- ceptionibus legitimis, & petat repositionem simul, & appellationem interponat ab execu- tore, & toto processu (vt supra diximus) & post- modum recurrat ad Senatum petens retentio- nem litterarum, & conditionaliter, quod de-

clatetur vim facere in non deferendo, & repo- nendo, & tunc dato decreto retentionis, vel non dato adhuc, obtento decreto vim fieri, & reponi: libere subintrat executio decreti retentio- nis, vt hæcenus dictum est, quæ remedia conditionaliter simul cumulari posse, firmavi- mus in cap. 11. sequent. hæc eadem 1. part. vbi latissimè tractauimus de consensu horum reme- diorum per plurimorum casuum distinctionem.

Aduerte etiam, quod quando & in Senatu declaratum fuit vim facere, & reponere iudi- cem executorem, decretum sufficit quod intin- metur iudici dumtaxat, processu remanente in Senatu, quis illum petat ad reponendum, non audiatur, sed secunda iussio concedenda, quoniam ad repositionem faciendam, sicut non eget iurisdictione, ita nec actus, sed per decretum suum decernat repositionem, & committat alicui suo ministro executionem, si opus sit, aut intinet possessori repositionem, ne ad posses- sionem accedat, quia de facto sufficit reponere, prout latè Nos de Regia protectione 1. p. cap. 3. à num. 10. cum seqq. & per totum, ne fortè pro- cessus occultetur, atque executio decreti retentio- nis defraudetur, ito petuigilans.

Quod fallit, quando executor litterarum de- cessit, vel longè abest, & ita vt deficiat ad effec- tum reponendi possessionem, & executionem ab eo iam peractam virtute decreti violentiæ, & sit necessarium recurrere ad superiorem aliquem co-executorem, seu delegatum simul nomina- tum in litteris Apostolicis, vt compleat dictam violentiæ decretum reponendo: nam tunc litem Apostolicæ, & processus ad eum remitte- rentur, vt possit acceptare iurisdictionem, & de commissione sibi facta certiorari. Idem dicen- dum erit de Ordinario ad quem fit per Senatum remissio causæ ad hunc dumtaxat effectum repo- nendi dictam executionem mortuæ, vel longè absente executore ipso, de quibus omnibus latissimè videre est in §. sequenti per totum, & signanter à num. 52. cum multis seqq.

§. VNICEPS.

Executionis litterarum iam peractæ re- positio per quem faciendæ erit virtute Decreti Regij violentiæ ipso execu- tore mortuo, vel longè absente, vt retentionis Decretum postea obtentum plenarium consequatur effectum.

Vbi an per Iudices, & executores super- flites in litteris nominatos, & an si plures sint, præuentivè electio com- petat vtrique parti, vel imperanti dumtaxat.

Et an, & quando per Ordinarium hæc valeat fieri repositio.

Et an tunc per sequestrem fructuum beneficii vim patienti, & litterarum retentionem obtinenti consulatur.

S V M M A R I V M.

Litterarum executionem iam peractam Senatus virtute Decreti retentionis per seipsum reponere nequit, num. 1.